

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Malicia q  
cum fonte primo

Loquitur apud  
se maligna cogitatio,  
usquequo illum talem tolero?  
Consentire ei comprobatur, si eum non  
corripio, consensiens autem Deum  
offendo. Corripiam ergo ne Deum  
offendam. Nichil pro mea sed pro  
Dei iniuria ulciscenda totum facio.  
Immo sic illum sibi restituam.  
Proximum enim corripere et eum  
castigare, hoc non est proximo nocere,  
sed prodesse uelle. Sic sepe apud se  
loquitur cogitatio maligna. Excecavit  
enim eam malicia sua.

Hugo libro I. de anima.

Loquitur enim apud  
se huiusmodi maligna cogitatio:  
Usquequo illum talem tolero?  
Consentire ei comprobatur, si eum non  
corripio; consensiens autem Deum  
offendo. Corripiam ergo eum, ne Deum  
offendam: nihil enim pro mea, sed pro  
Dei iniuria ulciscenda totum facio.  
Immo sic illum sibi restituam:  
proximum enim corripere, et eum  
castigare, hoc non est proximo nocere,  
sed prodesse uelle. Sic saepe apud se  
loquitur maligna cogitatio: excecavit  
enim eam malitia sua.

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis,  
*Tractatus de interiori domo*, 33 (PL 184,  
col.542B-C).